



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 124. Episcopus Varadinensis, aula relicta, vitam monasticam professus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. regnum quiete tenuit, ob merum probi-
 A.C. 1490. tatem, & animi magnitudinem ab omni-
 bus magni habitus.

§. CXXIII.

*Hungari nuptiis Regis sui cum Beatrice
 oblutati.*

Isuan. ib.

Grati animi memoria expetere vide-
 batur, ut Wladislaus Beatricem, cu-
 jus potissimum favore solium conscende-
 rat, thori sociam sibi eligeret, nec alle-
 num ab ea animum præseferbat Wla-
 dislaus; Verum repugnantibus Hunga-
 ris, eoquod sterilis esset, ipsa Regem in
 jus Romam vocavit; cum autem Inno-
 centius hujus causæ patrociniū in se
 suscipere, litemque decidere renueret,
 Beatrix spe delusa in Insulam Ænariam
 secessit, ubi mærore confecta obiit.

§. CXXIV.

*Episcopus Varadinensis, aula resi-
 ãta, vitam Monasticam pro-
 fessus.*

*Bonfin. dec. 4.
 l. 7.*

Joanni Varadinensi Episcopo firmum fir-
 mumque hærebat propositum, abdi-
 cato Episcopatu, in quodam monasterio
 totum se Deo tradendi: Cum autem a
 Matthia, apud quem plurimum gratia
 valebat, veniam impetrare desperasset, eo
 mortuo

mortuo, novoque Rege ad solium eveſto Sæcul. XV.
A.C. 1490.
 nil antiquius habuit, quam ut pium ſan-
 ctumque conſilium exequeretur. Ergo
 relictis pro proſpera Regni adminiſtra-
 tione monitiſ oppido neceſſariis, omni-
 no aulicis curis nuntiam miſit, nequi-
 dem petito Regiſ conſenſu, quem ab eo
 nunquam obtinendum probe noverat.
 Tantum Hungariæ Nationi reliquit ſui
 deſiderium, ut pientiffimo quiſque pa-
 rente ſe orbatum reputaret: Ipſe vero
 poſt aliquot tempus habitum S. Franciſ-
 ci ſuſcepit, ac ſolemni votorum ſponſio-
 ne ſe Deo conſecravit, cujuſ tamen con-
 ſilia frequenter in publicis Regni ne-
 gotiis exquirebantur. Varadinenſis hu-
 juſ Epifcopi exemplum Joanna Regiſ
 Luſitani ſoror imitata, die quarta Maji,
 Ordiniſ S. Dominici inſtitutum profeſſa
 eſt, ejuſque vitæ hitoriam Antoniuſ
 Vaſconcelluſ Societatiſ Jeſu Olyſſipo-
 nenſiſ Theologuſ deſcripſit.

§. CXXV.

*Societas Miſericordiæ a Pontifice
 confirmata.*

Hoc item anno Innocentiuſ Papa die *Bull. Innoc.
VIII. tom. I.
Conſtit. 16.*
 vigefima tertia Auguſti, vel ſecun-
 dum Raynaldum, (*) prima Septembris
 appro-

(*) Quo errore abreptuſ Continuator Ray-
 niſt. Eccleſ. Tom. XXX. E e nat